Hain Repert. bibliogr.
N. 1391.

Colliga – Sallander 1971 niewspólne

Lipsk Kachelofen ?

ręka Stan. Biela

Iste anno salutis 1491 in die Johannis ante portam latinam que fuit sexta feria post infra summam missam

Libellus sancti Thome de Aquino de Viciis et Virtutibus numero Quaternario procedens.

Uatuor sunt virtutum species scilicet prudētia ex hac memoria·intelligentia·ꝓuidentia digni=tas Justitia ex hac religio pietas gracia.veri=tas Fortitudo·ex hac magnificentia·confiden=cia·potentia·perseuerantia·Temperantia·ex hac.conti=nentia obedientia clementia et modestia Prima ꝑdicta=rum virtutum hominem ad agnitionem perducit·secun=da dilectionem dei et proximi sertiat Tertia vincit aduersa mortemqꝫ cōtemnit Quarta voluntatē reprimit et temꝑat omnia Prima intelligit Secunda diligit Tertia victo=riaꝫ prestat Quarta modum ponit in omnibus Hee qua=tuor v̉tutes mores ornant·merita prebent·dyabolū vin=cunt.celum aperiunt Quod agit prudētia in p̄cauendis insidijs hoc tempātia in subueniēdo miseris Quod agit fortitudo in tollerādis molestijs·hoc agit iustitia in coher=cendis vicijs Possumus autē ⁊ aliter dicere ꝙ quatuor sūt honestatum species·naꝫ virtus et honestum licet no=mina sint diuersa res tamen et substantia prorsus ē eadeꝫ Et est honestum qđ sua vi nos trahit et sua dignitate nos allicit Virtus vero secundum senecam est habitus animi in modum mature rationi consentaneus·

De prudentia

¶ Quatuor sunt virtutes cardinales scilicꝫ·prudētia.for=titudo.temperantia et iusticia ¶ Quatuor sunt que pru=dentia nos edocet scilicet·preterita recordari·disponere p̄=sentia·futura preuidere.et dubia suspendere In quatuor fortitudo nos instruit scilicꝫ prospos in superbiam nō eri=gi aduersos ad ima non detrudi·iniurie non sumere vin=dictam·et iocundam non deducere vitā In quatuor tem=perātia nos āmouet scꝫ circūcidere supflua·restringere desi=deria·ab illicitis abstinere Et blandimenta reijcere In qua=tuor iustitia nos edocet scꝫ honeste viuere·alteruꝫ nō lede=

re sobrie iudicium discutere· et vnicuiqꝫ ius suū tribuere·

De hijs que ex fide

et spe et charitate proueniunt

¶ Quatuor sunt que ex fide proueniūt scꝫ. vite rectitudo anime pabulum. dei cultus· et paradisi premium.

¶ Quatuor sunt que ex spe procedunt scꝫ· leticia cordis· anime sobrietas· releuatio laboris. et vite longinquitas·

¶ Quatuor sunt que ex charitate proueniūt scꝫ· reuerentia erga deum et proximū diligere· releuare oppressuꝫ ⁊ errantem corrigere·

De hijs que pro

prie virtutes inducunt

¶ Quatuor sunt que prudentiam inducunt scꝫ. In sententijs siue scientijs studium· in rebus experimentum· nocturna discussio· et prudentiuꝫ ymitatio ¶ Quatuor sunt que temperantiam inducunt scꝫ· egritudinis formido· acquirendi cupido· dei obsequium· et ypocrisie vicium

¶ Quatuor sunt que constanciam inducunt scilicet: timor pudicus. timor supplicij· spes laudis· ac spes cōpēdij

¶ Quatuor sunt que prudentiam iusticiam et temperanciam gignunt scilicet· amor odium· timor ⁊ compendium scilicet breuis vtilis et leuis sermo ¶ Quatuor sunt que perfectum hominem reddunt scilicet· deum colere· ꝓximū diligere· facere quod sibi vellet fieri et alteri non inferre qđ sibi nollet inferri·

De hijs que ex vi

cijs proueniunt

¶ Quatuor sunt que ex ira proueniunt scilicet mētis turbacio· sui ignorantia· indecens factio· et iniqua sententia·

¶ Quatuor sunt que ex supbia prodeunt scilicet ingratitudo seruitij· oppressio proximi· lingue detractio· et rixe ꝓ

motio ¶ Quatuor sunt que ex inuidia pcedunt scz dolor inuidi. inuidiosi exiciū·dissensio popli· et euersio vrbium· ¶ Quatuor sunt que ex auaricia procednnt scilicet rapina·periuria·fraudes et homicidia. ¶ Quatuor sunt que ex luxuria proueniunt scz corporis et anime pollutio·sensuum debilitas diminutio pr̄imonij. et acceleratio senij ¶ Quatuor sunt que ex vitio gule emergunt scz corporis egritudo vl' virium· opum consumptio. delectatio nimia et mors primatura ¶ Quatuor sunt que ex accidia procedunt scilicet vita tristis·calamitas contēptus et egestas

De hijs que vicia generant et minuunt

¶ Quatuor sunt que hominem in superbiam proueh unt scilicet. census·potentia dignitas et parentela ¶ Quatuor sunt que superbiam minuunt scilicz· paupertas oppressio·senium et egritudo ¶ Quatuor sunt que iram pariunt scilicet derisio·contumelia·ingratitudo·et iniusticia· ¶ Quatuor sunt que iram minuunt scilicet·dulce colloquium· vindicta. satisfactio et penuria ¶ Quatuor sunt que auariciam inducunt scilicet. penurie formido senectutis oppressio·alieni inuidia·et filiorum copia ¶ Quatuor sunt que auariciam minuunt scilicet diuitiarum copia· salubris iuuentus·cuz largis cōuersatio· et plis defectus ¶ Quatuor sunt que luxuriaz allicuunt·scilicet vicia grādia·delicata cibaria·mulierū familiaritas· et suauitas ociositas ¶ Quatuor sunt que luxuriam minuunt scilicet· aque vsus er ciborum frigiditas. mulierū seuicia sanguinis minutio·et laboris assiduitas ¶ Quatuor sunt que vicium gule inducunt scilicet· assuetudo taberne imitatio gulosorum·redditum copia et quies continua ¶ Quatuor sunt que gule vicium minuunt scilicz lucri anxietas famis nuasio fatigatio corporis et penurie afflictio ¶ Quatu-

or sunt que inuidiam pariunt scilicet honoris cupido lucri desiderium. alterius felicitas. et cū vicio odium ¶ Quatuor sunt que inuidiam euellunt scilicet ab homine potencie priuatio · penurie euentus · sensuū elisio. et virtutum defectus ¶ Quatuor sunt que accidiam producunt scilicet loca obscura · quies solitaria · rumor displicibilis · et cogitacio debilis ¶ Quatuor sunt que accidiam minuunt scilicet conuersari cum dilectis · assuescere cum gaudentibus insistere conuiuijs · et interesse dulcibus melodijs.

De hijs q̄ rite diuersis hominibus conueniunt · et primo de hijs que ꝯueniūt cuilibz p̄sidenti

Quatuor sunt q̄ rite cuicꝫ regnanti cōueniunt scilicet paterno regimine subditos regere. meritis amicos acquirere · placabilē vel affabilē se prebere quibuscūcꝫ orātibus cum clementia iusticiam ministrare delinquentibus ¶ Quatuor sūt que ab aduocato seruari congruūt scilicet aduersarium pacienter audire · audita peruigili mēte discutere · discussis · congruentem exhibere responsionem · obiecta pro parte sua allegando concludere

De litigante

¶ Quatuor sunt que per litigātem seruare congruūt scilicet in proponendo humilitas · in respondendo suauitas · in litigādo curialitas · in exponēdo largitas ¶ Quatuor sunt que per tabellionem seruari congruunt scilicet · in officio assiduitas in scribendo velocitas . in mercede curialitas · in notando veracitas ¶ Quatuor sunt que per rectorem loci seruari expediunt · scilicet pacis obseruatio · victualium procuratio condecens prolatio · et iusticie exhibitio.

¶ Quatuor sunt que per rectorem familie obseruari cōueniunt. sub timore congruo familiam retinere. alimenta iuxta

ta redditus exhibere· mores quoscunq3 iustos docere ·et in domo hilarem se temperalit exhibere ¶ Quatuor sūt que militi congruūt scilicet sensus· ꝓbitas· census et largitas· ¶ Quatuor sunt que conueniunt precipue domicello scz· in seruiendo curiositas in agendis velocitas· in datiuis affabilitas· in gestis hylaritas ¶ Quatuor sunt que domine p̄cipue cōgruūt scz in facie mēbrisq3 formositas ī corpe castitas in gestib9 honestas et in domo curiositas ¶ Quatuor sūt que domicello maxime ꝯgruunt scilicz dn̄e sue curaz habere· secreta nō pandere· pudiciciaz conseruare· ⁊ domus negocia fideliter ꝓcurare ¶ Quatuor sunt que medico congruunt scilicet morbi causam diligenter inquirere sepius egrotantem visitare· medicinas prout congruit exhibere· et egrum instantius confortare ¶ Quatuor sunt que per egruz precipue seruari expediunt scilicz ut medico siue medenti obediat· in necessariijs largiter expēdat vt fidem medico adhibeat ⁊ vt se cōfortet non morādo in ocio et quinto ipse eger medicum sollicite exploret supplicando ¶ Quatuor sunt que potissime prelato conueniunt scilicet· in ministerijs assiduitas· in gestis honestas· in regimine curiositas· in correctione benignitas ¶ Quatuor sunt que subiecto religioso conueniunt scilicet vt monasterio sollicite immineat obedientiā prelato prestet. ocia deuitet· et orationibus vacet ¶ Quatuor sunt que scolari maxime congruunt scilicet · doctori reuerentiam exhibere· attentionem sedulam in scolis habere· audita sepius repetere et retinere· et in dubijs attente prudentiores consulere.

¶ Quatuor sunt que doctori optime congruunt scilicet dicenda preuidere cui dicat inspicere· quantū dicat animaduertere· et dicta ordinate proferre ¶ Quatuor sunt que precipue conueniunt cuilibet auditori scilicet. dicentez audire pacienter audita discutere sapienter· et sapida alijs

tradere· et insipida confestim obliuisci ¶ Quatuor sunt que maxime prudenti conueniunt scilicet · iusticiã colere bonos attollere oppressos releuare· et errantes corrigere ¶ Quatuor sunt que maxime prudentis famam elidunt scilicet. enormia sciẽter fari et cõmittere iusticiã negare merentib9 alios indecẽter despicere ⁊ passim credere referẽtib9

De consulentibus

¶ Quatuor sunt que cuilibet consulenti expediunt scilicz dicta parcium audire· actus solemniter discutere salariuz a partibus equaliter et congrue exigere· et consultari legaliter consilium impendere ¶ Quatuor sunt que concinatori precipue congruunt scilicet placida suauiter populo ⁊ dulciter pandere · dictis dicenda seriatim annectere · idem non sepius dicendo repetere et vti breuitate ¶ Quatuor sunt que potissime mercatoribus conueniũt scilicet· vt in contrahendo sit discretus · in vendẽdo curiosus in mercibus legalis et contrahentibus sit affabilis ¶ Quatuor sunt que adolescenti congruunt scilicet audire pacienter respondere prudẽter neminẽ ledere· et cuilibet seruire libẽter ¶ Quatuor sunt que ductori genere plurimum expediũt scilicet census magnus ad expendendum multitudo gẽtiũ victualium armorumq3 copia et conditionum aduersariorum noticia ¶ Quatuor sunt que gerẽtib9 guerraz maxime considerari congruunt scilicet quis est qui guerrã gerit contra quem gerit causam propter quam gerit et quis effectus guerre que geritur ¶ Quatuor mala precipua procedunt ex guerra scilicet rerum et bonorum consũptio ⁊ destructio personarum piclitatio prolis nasciture impedimẽtum et error mulierum ¶ Quatuor sunt que maxime expediunt duci siue magistro militum scilicet generis nobilitas: patrie dilectio cordis securitas et in bello discretio ¶ Quatuor sunt que precipue conueniunt pacis cultori

vel saluatori scilicet non inuadere habere pacientiaz federa colere et cunctis iustis coastātiam iniustis iusticiā exhibere ¶ Quatuor sunt que subiectis potissime congruunt scilicet in licitis rectori parere ciuitati recte consulere bonos niti et attollere et malos conari opprimere ¶ Quatuor sunt que tiranno subiectis omino expediunt scilicet proceres et milites honorare neminem offendere sobrie loqui et sollicite demorari ¶ Quatuor sunt que inter cetera a petitore siue petenti considerari expediunt scilicet quis est a quo petitur. quid petitur. causam quare petitur quis effectus sequitur si fiat quod petitum est vel negetur ¶ Quatuor sūt que petitus in petente maxime considerare habet scilicz quis est qui petit quid est quod petit. quare petit et effectuz negate vel concesse peticionis.

De diūsitate hominū

Quatuor sūt hominū genera faciliter beneficia obliuiscētia scilicet puer cum adoleuerit humilis cuz sublimatus fuerit superbus superbia innodatus incarceratus a carcere liberatus.

¶ Quatuor sunt genera hominum alijs rite ex merito peminētium scilicz reges in subiectos parentes in liberos mariti in vxoribus et magistri in scolaribus ¶ Quatuor sūt genera hominū alijs iniuste presidentium scilicet pecuniosi fallaces superbi et audaces ¶ Quatuor sunt genera hominum plusq̄ lucrentur asserentium scilicet rector ex regimine cultor agrorū ex semine mercator auarus ex mercimonia. sacerdos ex officio ¶ Quatuor sūt genera hominū deo et mundo displicentiuz scilicet. pauper elatus. diues ferens mendacia. senex luxuriosus. et seminans inter fratres discordias ¶ Quatuor sunt genera hominum summa egentium prouidentia scilicet sacerdos in penitentia iudex in sententia. medic⁹ in egroto. diues in thesauro ¶ Qua-

tuor sunt opera elemosinaria scilicet erogare paupib⁹· vin dictā dimittere ledentibus· correctionem adhibere peccan tibus· errantē reuocare ab erroribus ¶ Quatuor sunt gene ra hominum in penuriam delabentium scilicet prodigus· gulosus· piger· et rixosus ¶ Quatuor sunt genera homi nū diuitias acquirentiū scz fallaces augri discreti ⁊ curiosi ¶ Quatuor sunt genera hominum pertinaciter obstinato ruz scilicet tyrannus in retentiōe dominij hereticus in pra uitate fidei assuetus verbis im periij et possessor aliene rei· ¶ Quatuor sunt genera amicorum precipuoruz vel prin cipalium scilicet· amici fortune· amici mense ·amici fidei et amici seruicij Primi fortuna recedente profugiunt secun di mensa cessante euanescunt tertij perdurant perpetuo vl timi perdurant seruitio durante ¶ Quatuor sunt gene ra hominum principatum acquirentium scilicet pecunio si audaces curiosi et sagaces ¶ Quatuor sunt genera ho minum faciliter amicicias acquirentiū scilicet largi poten tes mites et affabiles ¶ Quatuor sunt genera hominum quibus inuitis confertur beneficium scilicet debitor cuz vl tro liberatur debito· puer cum verberatur delicto letargus cum excitatur a somno freneticus cum paliticatur mēbro ¶ Quatuor sunt genera hominum amicos immerito per dentium scilicet diues oppressus penuria potens priuatus potentia senex grauatus senio et fortunatus pressus infor tunio hos etiam iuuenes despiciunt ¶ Quatuor sunt que rite congruunt ieiunanti scilicet manducare cum modestia deuitare vicia reminisci celestium et erogare pauperibus ¶ Quatuor sunt genera hominum diuersimode felicium felix quidā cum seruicio efficaciter incumbit· felix qui rerū causas patenter intelligit· felix qui mundi munera deuita re potuit felix quem alterius pericula cautum fecerunt ¶ Quatuor sunt genera hominum quadrifarie infeliciū

[illegible]

scilicet·infelix qui enormi peccato succumbit·infelix qui dũ benefacere potuit desinit Infelix qui doceri potuit et doceri spreuit·infelix qui docere nouit et facere neglexit

De·hijs que impellunt hominem ad regimen

Quatuor sunt que ad regimen vnũquemq3 impellũt sc3 honor compendium vindicta et seruicium honor vt acquiratur·compendium vt extorqueatur vindicta vt sumatur seruicium vt conferatur beneficium

¶ Quatuor sunt que homini dolorosissima existunt scilic3 filiorum interemptio possessionum perditio inimicorum exaltatio et amicoru3 oppressio ¶ Quatuor sunt que ad delictum hominem impellunt sc3·lucrũ timor spes ⁊ amor ¶ Quatuor sunt homini omino necessaria scilicet ignis ferrum aqua et tabernaculu3 ¶ Quatuor sunt que ex singulis elementis viuunt scilicet allec ex aqua salamandra ex igne·talpa ex terra·galmeõ ex aere ¶ Quatuor sunt que plus alijs conferunt q̃m sibi scilicet· aues cum nidificant apes cum mellificant boues cu3 arant et oues producẽdo vellera ¶ Quatuor sunt animalia plus homini conferencia scilicet sues boues galline et anseres ¶ Quatuor sunt quorum defectus plurimũ obest scilicet victualiu3 inopia census indigentia sensus penuria et amicorum carentia ¶ Quatuor sunt quorum copia frequenter afficit scilicet· mulierum habundantia ciborum affluentia verborum copia et malorum adherentia· ¶ Quatuor sunt que homini grauia existunt scilicet seuire et non gratificari · rogare et non exaudiri·benefacere et nõ premiari· expectare et nõ ueniri ¶ Quatuor sunt que homini durissima sunt scilicet iacere in egritudine in summa pauptate degere imprudenti subiacere domino et in carcere commorari

De his que homi=ni grata existunt·

Quatuor sūt que homini gratiora ꝯsistunt scilicz prudentib⁹ letari filijs nitidis habūdare diuicijs excelsaꝝ dignitatem assequi et inimicorum vindictam nanscisci ¶ Quatuor sunt que ante rei factum expediunt scilicet·examinatio principij·discussio medij·preuisio finis· et consilium sapientis ¶ Quatuor suut que post factum nihil prosunt scilicet·sensus penitentia examinatio et tristicia·¶ Quatuor sunt que homini leuia sunt et digna laudibus scꝫ·verbis quemcūqꝫ honorare·veritate frui·neminem offendere·⁊ cum bonis ambulare¶ Quatuor sunt que infelicitatem sepe afferunt scilicet:filioꝝ multitudo·diuitiaꝝ affluētia·violentus dominatus et lesa conscientia· ¶ Quatuor sunt que laudabilē rei affectū ostēdūt scꝫ cōsilijs petitio·proprio sudore nutriri·tribulatis cōpati ⁊ elemosinas elargiri·¶ Quatuor sunt que subito homini auferri ⁊ nunꝙ̄ restitui possunt scilicz·cum fama alicuius falsa relatione denigratur ·virginitas cum assensu ꝑdit̄ anima cum a corpe separatur per mortem· et membruꝫ cum abscinditur ¶ Quatuor sunt que nunq̄m̄ homini auferri possunt scilicet·scientie thesaurus ·animi voluntas·corporis contactus.et gustus sapidus¶ Quatuor sunt que ꝯferri possunt ⁊ ꝯferenti nō desunt scꝫ·scientia cū docetur·flāma cū impēdit̄·assurrectio corpalis et curialitas v̄balis ¶ Quatuor sunt que in omī negotio discuciēda necessaria existunt scilicet·quid oporteat secundū necessitatem·quid liceat secundum equitatem. quid deceat secundum honestatem·et quid expediat secundum vtilitatem:·

¶ Quatuor sunt que collegam respuunt scilicet·dominatus in vrbe·amplexus coniugis·quest⁹ acquisitio·⁊ in scu

tella siue in scissorio famelicus ¶ Quatuor sunt que so- cium cupiunt scilicet in discrimine versãs in supplicio affli ctus in itinere meãs in dignitate preditus ¶ Quatuor sunt que conueniunt plurimum puerili etati Nam irascũ tur repente reconciliantur sermonibus obliuiscuntur faci le et celebrantur coequalibus ¶ Quatuor sunt que ado lescentes faciunt scilicet abutuntur patrimonio castigari spernunt inuoluuntur viciis et lucra negligunt ¶ Qua- tuor sunt que iuuenes peragunt scilicet querunt diuitias delectantur honoribus querunt amicicias et abstinent se a turpibus ¶ Quatuor sunt que maxime senes pagunt scz salubriter consulunt petentibus gelide vel tepide tribuunt parentibus preterita referunt laudibus et presentia oppri- munt affatibus ¶ Quatuor incomoda senes principali- ter assequuntur scilicet sensuum elisio seus tenacitas viri- lium oppressio et vana timiditas ¶ Quatuor sunt que ledunt vel nil conferunt scilicet luxuria sterilis ridens tristi cia colligatus in vanis et mordens inuidia ¶ Quatuor sunt que communiter insunt hominibus scilicet displiciti af flictio habendi cupiditas sensus proprij credulitas et ha- bitus parilitas in duello ¶ Quatuor sunt que seniori- bus proprie congruũt scilicet verba promere fructifera cõ silia prebere salubria concordiam procurare discordibus doctrinam largiri simplicibus ¶ Quatuor sunt que iu- nioribus potissime congruunt scilicet seniorũ verba men ti recondere ipsis fideliter parere sobrie dicenda pandere et obsequium prestare merentibus ¶ Quatuor sunt que du cibus belli expediunt scilicet hostium acies discutere. pre- rogatiuam belli grandis preeligere in bello suos alacriter exhortari et hostes expugnare viriliter ¶ Quatuor sunt que communiter hominibus insaciabilia existunt scilicet acquirendi voluntas oculi intuitus. scientie cupiditas et

aurium placidus auditus ¶ Quatuor sunt mundi opera valde abusiua scilicet cristianus contenciosus· pauper superbus· senex sine religione et femina absq3 pudore·
¶ Quatuor sunt valde in seculo abusiua· scilicet dominus sine veritate· plebs sine disciplina· populus sine lege· et adolescens sine obedientia ¶ Quatuor sunt que terram concutiunt scilicet seruus cum regnauerit· stultus cum saturatus fuerit mulier odiosa cum nupserit· et ancilla cum domine heres extiterit ¶ Quatuor sunt que hoibus summe grauia existunt scilicet cum familia demente viuere· iniquis filijs habundare. solitū lucꝝ pdere· et solitum dominari subsistere ¶ Quatuor sunt que forinseco principaliter expediunt scilicet pacientia in auditu indisciplinabilium. affabilitas in verborum relatu. honorē ut congruit deferre cuilibet· amiciciam cuiuscunq3 nācisci·

De scientijs vtilioribꝰ

Quatuor sunt scientie pre ceteris addiscende scilicꝫ theologia· leges phisica et decreta· prima est anime pabulum· et pontificatus viaticum· secunda defectus vnius· tertia contra morbos subsidium ingenij remedium et amicorum presidium· Quarta sublimatio humiliuꝫ ꝛ dignitatꝭ seu honoris inicium ¶ Quatuor sunt artes homines in assidua penuria et miseria nutrientes scilicet grammatica dyaletica arismetrica et geometria· Prima artiuꝫ est principium sed census claudit hostium Secunda verū a falso instruit siue discernit sed in persona est ridiculū Tercia docet numerum sed nummoruꝫ nescit computū Quarta mensuram terre variat sed nummis priuata exultat·
¶ Quatuor sunt que inducunt hominem ad scientias scꝫ amor inanis glorie· legendi delectatio· acquirendi cupiditas· et diuina inspiratio ¶ Quatuor sunt precipua dona fati siue fortune scilicet vxor prudens· lingue· facundia·

naturalis sensus· et mundana gratia ¶ Quatuor sunt
que doctorem ad bene legendum alliciunt scilicet multitu-
do scolarium intelligentium· salarij stipendiuz· scientie ac-
quisitio: et honoris consecutio ¶ Quatuor sunt que pre-
cipue in ore sapientis disconueniunt scilicet enormia subli
mare laudibus· decentia supprimere affatibus· super igno
tum scienter cōtra dicere ·et impertinēs cū vicio decertare·
¶ Quatuor sunt que hominis sensum peremunt scilicet
mulierum dilectio· crudelis et subita aduersitas· timoris
oppressio et nimia prosperitas ¶ Quatuor sunt mane-
ries hominum que in diuitijs dominari nequeunt scilicet
rixosus. imprudens· tyrannus· iniuste obtinens et effre-
ne diffundens gratiaz ¶ Quatuor sunt que sensum acu-
unt scilicet lucrandi desiderium. nocturna discussio · con-
ferre cuz prudentibus· muneris oblatio vel temperatꝰ vi-
ctus ¶ Quatuor sunt que nos in delictis nutriunt scilicz
delicti delectatio· conuersatio peccantium. reatus impuni-
tas· et gule indulgentia vel commissi compendium·
¶ Quatuor sunt que precipue verecundiam inducunt scz
accessio penurie· illatio iniurie· alium deprecari et a turba
depelli ¶ Quatuor sunt que verecundiam propellunt scz
paucitas sensus . diuitiarum cumulus· eminens scientia·
expellens potentia· vl' nitida cōscientia ¶ Quatuor sunt
que pater circa filium procurare debet· scilicet ipsum mori
bus instruere· artibus edocere· sub iugo retinere ·et cōpetē
ter alere ¶ Quatuor sunt que filius tenetur facere suo pa-
tri scilicet illum revereri· eidem totaliter obedire · illum in
nullo contristari et senem optime procurare ¶ Quatuor
sunt que hominis fortune prosunt scilicz in acquirendo cu
riositas· in conseruando parcitas ·iusticia potiri· et in of-
fensis abstinentia ¶ Quatuor sunt que quilibet conside-
rare debet in vxore accipienda scilicet pulchritudo. nobili-

tas pulchri mores et diuitie. ¶ Quatuor sunt in quibus homines potissime delectantur scilicet in voce iocunda et suaui· venusta facie· cibis et potibus exquisitis. et locis amenis ¶ Quatuor sunt q̄ nobis bona subito auferunt scz incendium· tyrannus diluuium· et grando ¶ Quatuor sunt prerogatiue dotes hominis scilicet corporis pulchritudo· animi scientia. fama laudabilis· et facundia ¶ Quatuor sunt que ante tempus hominem occidunt scilicet vxor formosa· tristis famulus immoderatus cibus et potus et aer corruptus ¶ Quatuor sunt que vitam producunt scilicet sobrie viuere· cuz dilectis habitare motus corporis exercitio moderato· et locus amenus et purus ¶ Quatuor sunt que abscondi nequeunt scilicet tussis. amor. ignis ira immoderata· siue dolor ¶ Quatuor sunt que ex lingua discreta prodeunt scilicet amoris inductio· viri preconium· viuendi instructio. et salutis premium ¶ Quatuor sunt que ex lingua praua proueniūt scilicz zizanie semē fame detractio. nequam interpretatio· et malorꝫ instructio ¶ Quatuor sunt que visum delectant scilicet venusta facies. colorū varietas. ornatus exterior. et aeris serenitas· ¶ Quatuor sunt que auditum delectant scilicet vox suauis· ornata locutio· rumor placidus· et honesta predicatio ¶ Quatuor sunt que gustum delectant scilicet sapor dulcis· aer bonus· coctio referta· et stomachus exoneratus· ¶ Quatuor sunt inter cetera reprobandi crimina scilicet primū sine causa odire. lingua alijs detrahere. aliena iniuste tollere· et iniuriam alteri irrogare ¶ Quatuor sunt inter cetera enormia crimina scilicet ciuitatis desolatio maris et femine feda coniunctio· homicidij perpetratio et socij detractio ¶ · Quatuor sunt que periculosa persistunt scilicet sub tyranno viuere· ventis se committere· in acie debellare· et cum furioso conuersari·

¶ Quatuor sunt que homini difficilima existunt scilicet aliena possidere et ea restituere. cōtumelias audire et tacere iniusticiam irrogari et hoc debere pati · desiderabilia tractare et non frui ¶ Quatuor sunt in mundo precipue mirabilia scilicet solem diei spacio mundum girare · aquā terram fundare tot facies hominum dissimiles sub eadem effigie cernere · et tot vita dissidentes et eundē finem petere

¶ Quatuor sunt que ad guerrā homines inducunt scilicet thesauri habundantia · ambitio dominandi · vindicte desiderium · et rerum coniunctio ¶ Quatuor sunt que guerram auertunt scilicz vindicte consumptio. defectus victualium · pecunie penuria · et guerrandi tedium ¶ Quatuor sunt que homines vt plurimuz cupiunt nec habere queunt scilicet sufficientia pecunie · sciencie perfectio quies continua · et perhenne gaudium ¶ Quatuor sunt exellentes et repentine leticie scilicet de carceribus egredi · sponse copulari miles fieri. et dignitatem ingredi ¶ Quatuor sunt opera stupenda scilicet quod tyrānnus odiosus populū ingētem suspēderet · quod in belli conflictu minimus numerus obtineat · quod pauperes auferant diuitias diuitibus et quod multitudo gentium inuigilet fraudibus ¶ Quatuor sunt circa que quasi omnes insistunt scilicet in questu pecunie · in potestatis ascensu · in familie regimine · et in maloruz accusatione ¶ Quatuor sunt in quibus homines maxime in curam afflictionum detruduntur scilicz vt diu viuant · vt penuriam euitent · vt fugiant dedecus · et vt plē habeant

¶ Quatuor sunt que vt plurimum deuitari expediūt scz non passim credere cuilibet · nec frustra fatigari quibuslibet non dolore sepius preteritis · nec optare quod nequit haberi ·

¶ Quatuor sunt que valde sanitati officiunt scilicet superflua mulieruz commixtio · nimia cibi ac potus assumptio nimium frigus · et nimietas laboris ¶ Quatuor sunt

difficilis cognitionis homini scilicet auium volatus per aera· nauium processus per equora· via colubri per nemora· et via pueri in sua adolescentia ¶ Quatuor sunt que nullo modo ab homie deuitari possunt scз aduētus senectutis mortis accessus· familiaris elisio· et displicibilium inuasio ¶ Quatuor sunt que suo cultori male retribuunt scilicet ouum cum in perā recluditur · ignis cum in sinu reconditur serpens cum in gremio gubernatur · et nequam cum beneficio eleuatur ¶ Quatuor sunt que seruiendo inimicitiam pariunt scilicet amico pecuniam mutuare et eam repetere· pro eo fide iubere et solutum requirere. annuatim largiri et desistere· seruire alicui ꝛ ab eo similiter seruicium nō posse percipere ¶ Quatuor sunt que plura reperiuntur ꝙ opinentur scilicet inimici peccata anni etatis et debita· ¶ Quatuor sunt que minus reperiuntur ꝙ opinētur scз amicorum numerus· bonitas potentia et sensualitas·
¶ Quatuor sūt īsaciabilia scз ignis terra infernꝰ ꝛ vulua·
¶ Quatuor sunt que hominem de propria sede depellūt scilicet fumus stillicidium· fetor· et femine litigium·
¶¶ Quatuor sunt que maxīe hoīeз attrahūt ad ciuitatis habitaculum scilicet iusticie conseruatio · ciuium bonitas· questus adueniens et victualium copia ¶ Quatuor sunt que hominem ad propriam reducunt patriam scilicet vxoris dilectio· domus amenitas· defectus sodalium· et temporis aduersitas ¶ Quatuor sunt que hominis conditionem ostendunt scilicet sermonis prolatio· corporis habitꝰ animi promotio· et gestorum exteriorum effectus·
¶ Quatuor sunt que viruз prudentem esse imminent scilicз discretus sermo· honesta conuersatio· consecutio sciencie· et moderatio sui ipsius ¶ Quatuor sunt que maxime hominis vicia tegunt scilicet in expendendo largitas· in dictis affabilitas· in gestis honestas· et in actibus calliditas

tas ¶ Quatuor sunt que veritatem aperiunt scilicet rei aspectus·substantie tactus·auditus veridici et temptacio gustus ¶ Quatuor sunt que virum curialem efficiunt scilicet diuitiarum copia·honoris ambitio·sensus integritas·et seruitij receptio vel amoris modus·
¶ Quatuor sunt que maxime hominem incurialem reddunt scz nimia paupertas. auaricia pecunie·et inuidia
¶ Quatuor sunt que munera efficiunt scilicet auariciam suffocant. vincunt inimicos·faciunt amicos. et dantes nobilitant ¶ Quatuor sunt vicia que virtutes simulant scilicet astutia simulat prudentiam · obstinatio simulat constantiam auaricia simulat continentiam et crudelitas simulat iusticiam ¶ Quatuor sunt que precipue conueniunt dominanti scilicet virtuosos attollere· maleficos opprimere vtutes colere et releuare oppressos ¶ Quatuor sunt bona que maxime ex pace proueniunt scilicz ciuitatis augmentum·vbertas victualium·diuitiarum acquisitio et leticia ciuium Et hiis contraria quatuor ex guerra prodeūt ¶ Quatuor sunt que maxime diuitie peragunt scilicet fidem acquirant· gentes augmentant· infimum extollunt· et inimicuz opprimunt ¶ Quatuor sunt mala precipua que ex penuria prodeunt scilicet. sceleris imitatio· persone contemptus corporis afflictio·et familie interitus siue perdicio ¶ Quatuor sunt que precipue amicitiam generant scilicet beneficium·familiaritas· similitudo et facundia siue affabilitas ¶ Quatuor sunt que maxime odium pariunt scilicet turpiloquium·offensio auaricia·et derisio.
¶ Quatuor sunt que ad dignitatem quemcumque prouehunt scilicz census·scientia·vis·et astutia ¶ Quatuor sunt que cecant oculos iudicis scilicet amor·odium.lucrum· et timor ¶ Quatuor sunt que subuertunt animi rationem scilicet amor inordinatus·ebrietas vini·auaricia et odiuz·

¶ Quatuor sunt que diuitias afferunt scilicet fundus si ue possessiones scientia negociatio et casus siue fortuna.
¶ Quatuor sunt que diuitias acquisitas destruunt scilic; guerra gulositas ludus et luxuria.
¶ Quatuor sunt que ciuitatem summe defendunt scilicet pax scientia amor et iusticia ¶ Quatuor sunt que vr= bem citissime destruunt scilicet guerra inuidia defectus victualium et iusticie exilium ¶ Quatuor sunt opera maxime laudanda scilicet pacis inductio iusticie obserua= cio releuare oppressum et egenum sustentare ¶ Quatu or sunt in quibus nobiles quondam precipue delectabant scilicet ire venatum delectari honoribus seruire quibusl; insudare laudibus ¶ Quatuor sunt in quibus nobiles maxime nunc insistunt scilicet inuadere aliena dominari af finibus inuigilare questibus et largitatem spernere.
¶ Quatuor sunt que scolarem potissime ad scientie api= cem perducunt scilicet aure vigili audita percipere precep= ta solerti studio discutere discussa memoriatiue mente re= condere recondita cuilibet dicendo doctrinaliter diffundere.
¶ Quatuor sunt que faciunt nobilem esse ciuitatem scilic; antiqua constructio ciuium nobilitas campestres victorie et conseruatio federum ¶ Quatuor sunt que rem rite perficiunt scilicet artis doctrina prudentium imitatio vsus obseruantia et decora prolatio ¶ Quatuor sunt liquo res pre ceteris necessarij et vtiliores scilicet aqua vinū mel et oleū ¶ Quatuor sunt que absq; assiduo vsu ab aliquo sciri non possunt scilicet fari grāmatice ornate scribere ri te rationari et metricos versus componere ¶ Quatuor sunt que rite penitentibus sunt summe necessaria scilicet oris confessio cordis contritio operis satisfactio et boni continuatio siue perseuerantia in bono ¶ Quatuor sūt que mutationem sepe recipiunt scilicet voluntas in mu=

liere·vent⁹ in vere·fors in ꝓsperis· ⁊ turbatio in aduersis
¶ Quatuor sunt que homini prelato conueniunt siue expediunt scilicȝ lapsorum statum conspicere· in melius sperare·dari stipēdia modica pagere · et viriliter niti ad lucra
¶ Quatuor sunt verba a quolibet precipue notanda ꝙ scilicet largitas non durat sensus non semper securat·curialitas non nunꝙ̄ fallit. et mensura nil obmittit·
¶ Quatuor sunt que in proditore semper reperies scilicet mel in ore dulcissimum·fel in opere mortiferū·sub risu blādissimus in vultu·et sagacissimus in actu ¶ Quatuor sunt que sepissime hominem decipiunt · scilicet verborum dulcedo·lucrandi cupiditas·receptio mulieris·et paucitas intellectus ¶ Quatuor sunt que morte peiora existunt scȝ senem paupertate opprimi · hominem carere sensibus corporeis·peccatorem inuolutum peccatis·et egrum in carceribus detentum ¶ Quatuor sunt in quibus delectantur maxime populares scilicet artium caritudo·victualiuȝ vilitas·nobilium oppressio·et variata nouitas·
¶ Quatuor sunt loquele pre alijs placibiles scilicet francigena in gallia· in lumbardia pede mōtis prolatio metrica·et ꝓsayca in almania·ꝯpositio dictaminis in apulia·
¶ Quatuor sunt vrbes ceteris preeminentes scilicet parisius in scientijs · salernum in medicinis · bononia in legibus·aurelianis in actoribus ¶ Quatuor sunt vrbes pre alijs grandiores scilicet parisius in francia·mediolanuȝ in lumbardia·florentia in tuschia·roma in ytalia·
¶ Quatuor sunt maxime ciuitates inter alias exellētes scilicet ianua· venetijs. constantinopolis·et pise· Prima gaudet diuitijs. Secunda victualibus non ex se sed aliūde Tertia in mercimonijs Quarta magnis ciuibus·
¶ Quatuor ferunt homines ceteros alios exellentes scilicet salomon in vniuersali sapientia aristotiles in philoso-

phia· virgilius in poetis· et ypocras in phisicis vel graci-
anus in decretis.
¶ Quatuor fuerūt strennuissimi milites pre aliis exellen-
tes scilicet temporibus alexandri magni poppinus cursor
tempore quo galli capta roma capitolium obsidebant mi-
thamellus. tempore belli punici scipio· deinde iulius cesar·
¶ Quatuor fuerunt olim crudelissimi tyranni scilicet he-
rodes in iudea· nero in roma ·atilio et aycelmus in mar-
chia et lumbardia· Primus proprio se occidit gladio Se-
cundus occisus fuit a populo Tertius rauenne in frusta
diuis⁹ Quartus in braca nuda mediolani letifere sautiat⁹
et in sentino castro cremone est sepultus ¶ Quatuor sunt
homines qui vt plurimum dominari satagunt scilicꝫ pau-
peres vt aliena rapiant· diuites vt acquisita defendant· le-
si vt se vlciscant· boni vt vrbem a malis tueātur· Primi
cuilibet sūt letiferi Secundi possunt tolerari Tertii sepe
dāna inferunt Ultimi vtilitatem cōferunt ¶ Quatuor
sunt que precipue tyrannos regnare impediunt scilicꝫ ciui
um concordia· diuitum copia· prouisio prudentum· et au-
dacia potentum· ¶ Quatuor sunt opera tyranni inter
alia scilicet inter ciues scismata producere. prudentes oppri
mere· exinanire diuites· et depellere potentes ¶ Quatu-
or sunt mores qui precipue tyrannis insunt scilicet in cru
delibus actibus sunt precipites· indecētium auditione im-
pacientes. omnia progredi volunt ex se et a nemine volūt
redargui. ¶ Quatuor sunt que mulieres inter alia sum-
me cupiunt scilicet a formosis amari iuuenibus· filiis plu
ribus pollere· preciosis ornari vestibus. et domui pre cete
ris dominari ¶ Quatuor sunt que mulieribus valde du-
ra persistunt scilicet maritum suum extraneis vti amplexi
bus· domui tumultum sepius promouere· filios egere vi-
ctu et vestitu· et ipsorum mortem preuidere ¶ Quatuor

sunt que optime iudici conueniunt scilicet benigne audire prudēter respondere. sobrie discutere. et solenniter iudicare. ¶ Quatuor sunt que deo et hominibus summe placida existunt scilicet fratrum concordia. proximorū amor. coniugum consensus. et lapsorum reparatio. ¶ Quatuor sunt que rei euentum prauum manifeste indicant scilicet consilium deserere. male inchoare. vltra vires aggredi et communia consequi. ¶ Quatuor sunt que precio comparari vel extimari non possunt scilicet sciencia sanitas. libertas. et virtuositas ¶ Quatuor sunt que absq̧ graui labore acquiri non possunt scilicet grandis laus exellens in moribus scientia. magnus census et potentia ¶ Quatuor sunt que sine precio et difficultate acquiri possunt scilicet contemptus sui fatuitas. vilis penuria. et infirmitas.

Explicit libellus sancti Thome de Aquino de Vicijs et Virtutibus numero Quaternario procedens.

Jesus christus nostra salus qd reclamat omnis malus idem
Tu virgis cesus mortales pellito merens
Cum sceleris potens peccata ablue demens
Caziger ut semper sit fuerus versificator